Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sanctum nomen tuum petimus patrem et spiritum sanctũ
ut hanc tuam famulam. N. ab omni incursu doemonũ
iubeas emundare et omnem infirmitatem quam in
gessit, aut in anima, aut in corpore illius medicina
tua iubeas sanare. Tu domine dixisti, non est opus
sanis medicus sed ægrotis, et dignatus es dicere: non
ueni uocare iustos sed peccatores. Tu es deus uerus et
solus bonus cum patre et spiritu sancto, mediator dei et
hominum, et propitiatio pro peccatis nostris Iesu Chri
ste fili dauid secundum carnem in fine seculorum, fili
dei uiui omnipotens ab omnipotenti deo genitus ante
omnia secula, semper es factor primi seculi cum spiri
tu sancto mitte omnes sanctos angelos tuos, atq; arch-
angelos, mitte sanctum archangelum tuum Michaelem,
ut adsint et defendant et tueantur famulam tuam
N. quam plasmasti, cui tu animam dedisti, et sangui
nem tuum pro ipsa dignatus es fundere: protegant
illam, et illuminet uigilantem ab omni infestatione
diabolica, et ita reddant quietam atq; securam, ut
nullam deinceps in eam potestatem habeat pars iniqua,
neq; ingredi præsumat, nec animam illius, nec corpus
illius nequam spiritus lædere, fugare atq; sternere,
aut temptationibus uiolare ꝑsumat, ayos, ayos, ayos,
pater, et filius, et spiritus sanctus, ayos, ayos, ayos,